Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Bulla apostolica contra errores Martini Lutheri & sequacium.

https://hdl.handle.net/1874/353224

Bulla Leonis X p.p. contra Lutheri errores 8

LEo epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei. Ad perpetuã rei memoriã. Exurge dñe & iudica cauſã tuã memor eſto improperioꝝ eoꝝ quę ab inſipiẽtibus fiũt tota die. Inclina aurẽ tuã ad preces noſtras qm̃ inſurrexerũt vulpes quęrentes demoliri vineã cuius tu torcular calcaſti ſolus. Et aſcenſurus ad patrẽ eius curã, regimen adminiſtrationẽ Petro tanq̃ʒ capiti & tuo vicario eiuſqʒ ſucceſſoribus inſtar triũphantis eccleſię cõmiſiſti. Exterminare eã nitit̃ aper de ſilua & ſingularis ferus depaſci eã. Exurge Petre & ꝓ paſtorali cura tibi vt pręfert diuinitus cõmendata intende in cauſam ſanctę Romanę eccleſię matris oĩm eccleſiarũ ac fidei mgr̃ę quã tu iubẽte deo, tuo ſanguine conſecraſti. Contra quã ſicut tu pręmonere dignatus es, inſurgũt magiſtri mendaces introducẽtes ſectas ꝑditionis ſibi celerẽ interitũ ſuꝑducẽtes, quorũ lingua ignis eſt, inquietũ malũ, plena veneno mortifero, qui zelũ aiaꝝ habẽtes, & contentiones, in cordibus ſuis gloriantur & mendaces ſunt aduerſus veritatẽ. Exurge tu quoqʒ quęſumꝰ Paule q eã tua doctrina & pari martyrio illuminaſti & illuſtraſti. Iã em̃ ſurgit nouus Porphyrius q ſicut ille olim ſanctos apoſtolos iniuſte momordit, ita hic ſanctos pontifices prędeceſſores noſtros contra tuã doctrinã eos nõ obſecrãdo ſed increpando mordere, lacerare, ac vbi cauſæ ſuæ diffidit ad conuicia accedere nõ verẽt more hęreticoꝝ quoꝝ (vt inquit Hieronymꝰ) vltimũ pręſidiũ ẽ vt cũ conſpiciãt cauſas ſuas damnatũ iri, incipiant virus ſerpentis lingua diffundere, & cũ ſe victos conſpiciãt ad contumelias ꝓſilire. Nã licet hęreſes eſſe ad exercitationẽ fideliũ tu dixeris oportere, eas tñ ne incrementũ accipiant, neue vulpeculę coaleſcãt in ipſo ortu te intercedẽte & adiuuãte extingui neceſſe ẽ. Exurgat deniqʒ oĩs ſctoꝝ ac reliqua vniuerſalis eccleſia, cuius vera ſacrarũ lr̃aꝝ interpretatione poſtpoſita quidã quoꝝ mentẽ pr̃ mendacij excecauit ex veteri hęreticoꝝ inſtituto apud ſemetipſos ſapiẽtes, ſcripturas eaſdẽ aliter q̃ʒ. ſ. ſctũs, flagitet, ꝓprio dũtaxat ſenſu ambitionis aureqʒ popularis cauſa teſte apl̃o interpretant̃, immo vero torquẽt & adulterãt. Ita vt iuxta Hieronymũ iam nõ ſit euãgeliũ chriſti ſed hoĩs, aut

qđ peius ē, Diaboli. Exurgat inquā præfatā ecclesia ſctā dei, & vna cū beatiſſimis apoſtolis præfatis, apud deū oipotentē intercedat, vt purgatis ouiū ſuarū erroribus, eliminatiſq; a fideliū finibus hæreſibus vniuerſis, ecclesiæ ſuæ ſanctæ pacē & vnitatē cōſeruare dignet. Dudū ſiquidē, qđ pre animi anguſtia, & mœrore exprimere vix poſſumus fidedignorū relatu ac fama publica referente, ad nr̄m puenit auditū, immo vere prohdolor oculis noſtris vidimus ac legimus, multos & varios errores, quoſdā videlicet iā p concilia ac prædeceſſorū noſtrorū conſtitutiones, damnatos, hæreſim etiam Græcorū & Bohemicā expreſſe continentes, alios vero reſpectiue, vel hæreticos vel falſos, vel ſcandaloſos, vel piarū auriū offenſiuos, vel ſimpliciū mentiū ſeductiuos, a falſis fidei cultoribus, qui p ſupbā curioſitatē mundi gloriā cupiētes contra apoſtoli doctrinā, plus ſapere volūt q̄ oporteat, quorū garrulitas (vt inquit Hieronymus) ſine ſcripturarū auctoritate, nō haberet fidē, niſi viderent pverſam doctrinam etiā diuinis teſtimonijs, male tn̄ interpretatis, roborare, a quorꝫ oculis dei timor receſſit, humani generis hoſte ſuggerēte, nouiter ſuſcitatos, & nup apud quoſdā leuiores in inclyta natione Germanica ſeminatos. Qđ eo magis dolemus ibi eueniſſe, qꝑ eandē nationē, & nos & prædeceſſores nr̄i in viſceribus ſemp geſſerimus charitatis. Nam poſt tranſlatū ex Græcis a Romañ ecclīa in eoſdē Germanos imperium, ijdē prædeceſſores nr̄i & nos eiuſdē ecclīæ aduocatos defenſoreſq; ex eis ſp accepimus. Quos qdē Germanos, catholicæ veritatis vere Germanos, cōſtat hæreſū acerrimos oppugnatores ſp fuiſſe. Cuius rei teſtes ſunt laudabiles illæ conſtitutiones Germanorꝫ Imperatorꝫ, p libertate ecclīæ, proq; expellendis exterminādiſq; ex oī Germania hæreticis, ſub grauiſſimis pœnis, etiā amiſſionis terrarū & dominiorꝫ, cōtra receptatores ł nō expellentes olim editæ, & a noſtris prædeceſſoribus confirmatæ, quæ ſi hodie ſeruarent, & nos & ipſi vtiq; hac moleſtia careremus. Teſtis ē in concilio Cōſtantieñ Huſſitarū ac Vuicleuiſtarū, necnō Hieronymi Prageñ damnata ac punita pfidia. Teſtis ē totiēs contra Bohemos Germanorꝫ ſanguis effuſus. Teſtis deniq; ē prædictorꝫ errorꝫ

ſeu multoꝝ ex eis ꝑ Colonieñ & Louanieñ. Vniuerſitates, vt
pote agri dominici pijſſimas, religioſiſſimaſqꝫ cultrices, nõ mi-
nus docta q̃ vera, ac ſctã confutatio, reprobatio & damnatio.
Multa quoqꝫ alia allegare poſſemus q̄ ne hiſtoriã texere videa-
mur pretermittẽda cenſuimus. Pro paſtoralis igit̃ officij diuina
grã nobis iniũcti cura, quã gerimus, p̃dictoꝝ erroꝝ virus peſti-
ferũ vlterius tolerare ſeu diſſimulare, ſine chriſtianæ religionis
nota atqꝫ orthodoxæ fidei iniuria nullo mõ poſſumus. Eoꝝ ãt
erroꝝ aliq̊s p̃ſentibus duximus inſerendos quoꝝ tenor ſequit̃
& ẽ talis. ¶ Hæretica ſentẽtia ẽ, ſed vſitata. Sacramẽta nouæ le- 1
gis iuſtificantẽ gratiã illis dare, q nõ ponũt obicẽ. In puero poſt 2
baptiſmũ negare remanẽs peccatũ, ẽ Paulũ & Chriſtũ ſimul cõ
culcare. Fomes pc̃ti etiã ſi nullũ adſit actuale peccatũ, morat̃ ex 3
euntẽ a corpore animã ab ingreſſu cœli. Impfecta charitas mo- 4
rituri, fert ſecũ neceſſario magnũ timorẽ, q ſe ſolo ſatis ẽ facere
pœnã purgatorij, & impedit introitũ regni. Tres eẽ partes pœ- 5
nitẽtiæ Cõtritionẽ, cõfeſſionẽ, & ſatiſfactionẽ, nõ ẽ fundatũ in
ſacra ſcriptura, nec ĩ antiquis ſctĩs chriſtianis Doctoribus. Con 6
tritio q̄ parat̃ ꝑ diſcuſſionẽ, collectionẽ, & deteſtationẽ pc̃tõꝝ
q̃ qs recogitat annos ſuos in amaritudine aĩæ ſuæ, ponderando
pc̃tõꝝ grauitatẽ, multitudinẽ, fœditatẽ, amiſſionẽ æternæ btĩ-
tudinis ac æternę dãnationis acqſitionẽ, hęc cõtritio facit hypo
critã imo magis peccatorẽ. Veriſſimũ ẽ, ꝓuerbiũ & oĩm doctri- 7
na de cõtritionib⁹ hucuſqꝫ data p̃ſtãtius, de cętero nõ facere, ſũ
ma pnĩa, optĩa pnĩa noua vita. Nullo mõ p̃ſumas confiteri pc̃tã 8
venialia, ſed nec oĩa mortalia, qa impoſſibile ẽ vt oĩa mortalia
cognoſcas. Vñ in primitiua eccl̃ia ſolũ manifeſta mortalia cõfi-
tebant̃, Dũ volumus oĩa pure confiteri, nihil aliud facimus q̃ q̄ 9
miæ dei nihil volumus relinquere ignoſcendũ. Pc̃tã nõ ſt̃ vlli re 10
miſſa niſi remittẽte ſacerdote credat ſibi remitti, immo pc̃tm̃
maneret, niſi remiſſũ crederet. Nõ eñ ſufficit remiſſio pc̃ti &
grę donatio; ſed oportet etiã credere eẽ remiſſũ. Nullo mõ cõfi 11
das abſolui ꝓpter tuã cõtritionẽ ſed ꝓpt̃ v̈bũ chriſti. Quodcũqꝫ
ſolueris &c. hic inquã cõfide, ſi ſacerdotis obtinueris abſolutio
nẽ & crede fortit̃ te abſolutũ & abſolutus vere eris qcqd ſit de
(contritione.

12 Si p̃ impoſſibile cõfeſſus nõ eſſet cõtritus aut cõfeſſor nõ ſerio
ſed ioco abſolueret ſi tñ credit ſe abſolutũ veriſſime ẽ abſolut⁹
13 In ſacramẽto pœnitentię a remiſſione culpę nõ plus facit Papa
Epiſcopus ꝙ infim⁹ ſacerdos immo vbi nõ ẽ ſacerdos ęque tm̃
14 qlibet chriſtianus etiã ſi mulier aut puer eſſet. Nullus debet ſa-
15 cerdoti rñdere ſe eſſe contritũ nec ſacerdos reqrere. Magnus ẽ
error eoꝝ q ad ſacramẽta euchariſtie accedũt huic inixi ꝙ ſint
confeſſi, ꝙ nõ ſint ſibi cõſcij alicuius pc̃ti mortalis, ꝙ pręmiſe-
rint orationes ſuas & preparatoria oẽs illi ad iuditiũ ſibi mãdu
16 cãt & bibũt, ſed ſi credãt & cõfidãt ſe grãm ibi cõſecuturos, hęc
ſola fides facit eos puros & dignos. Cõſultũ videt̃ ꝙ eccl'ia i cõi
conſilio ſtatueret̃ laicos ſub vtraq; ſpẽ cõicandos, nec Bohemi
17 cõicãtes ſub vtraq; ſpẽ ſt̃ hęretici ſed ſchiſmatici Theſauri eccle
ſię vñ papa dat indulgentias nõ ſunt merita chriſti & ſanctoꝝ.
18 Indulgentię ſt̃ pię fraudes fideliũ & remiſſiones bonoꝝ operũ
19 & ſt̃ de nũero eoꝝ q licẽt & nõ q expediũt. Indulgẽtię his q ve
racit̃ eas cõſequunt̃ nõ valẽt ad remiſſionẽ pœnę p pc̃tis actua
20 lib⁹ debitę ꝓpter diuinã iuſticiã. Seducũt credẽtes indulgẽtias
eſſe ſalutares & ad fructũ ſpũs vtiles. Indulgẽtię neceſſarię ſt̃ ſo
lũ publicis crimib⁹ & ꝓprie ſolũmõ cõcedunt̃ duris & impatiẽ
21 tib⁹. Sex gñibus hoim indulgẽtie nõ ſt̃ vtiles nec neceſſarie. vt
mortuis ł morituris, infirmis, legitime impeditis, his q nõ com
miſerũt crimina, his q crimina cõmiſerũt ſed nõ publica, his qui
22 meliora operant̃. Excõicationes ſũt tantũmodo externę pœnę
23 nec priuãt hominẽ cõibus ſpũalibus eccl'ię orationib⁹. Docẽdi
ſt̃ chriſtiani plus diligere excõicationẽ ꝙ timere. Romanus põ
tifex Petri ſucceſſor nõ ẽ chriſti vicarius ſup oẽs totius mũdi ec
24 cleſias ab ipſo chriſto in btõ Petro inſtitutus. Verbũ chriſti ad
25 Petrũ. Quodcũq; ſolueris ſup terrã &c. extendit̃ dũtaxat ad li
26 gata ab ip̃o Petro. Certũ ẽ in manu eccl'ię ł papę, p̃rſus nõ eẽ ſta
tuere articulos fidei, immo nec leges morũ ſeu bonoꝝ operũ.
27 Si papa cũ magna parte eccl'ie, ſic vł ſic ſentiret nec etiã erraret
adhuc nõ ẽ pc̃tm̃ aut hęreſis cõtrariũ ſentire pręſertim in re nõ
neceſſaria ad ſalutẽ donec fuerit p cõciliũ vł'e, alterũ reprobatũ
28 alterũ approbatũ. Via nobis facta ẽ eneruãdi auctoritatẽ cõci-

oꝝ & libere cõtradicendi eoꝝ geſtis & iudicãdi eoꝝ decreta,
& cõfidenter cõfitendi q̃cq̃d verũ videt̃ ſiue ꝓbatũ fuerit ſiue
reprobatũ a quocũqꝫ cõcilio. Aliqui articuli Io. Huſſ. condẽna 29
ti in cõcilio Cõſtantieñ ſt̃ chriſtianiſſimi & euãgelici quos nec 30
vl̃is ecc̃lia poſſet damnare. In oi ope bono iuſtus peccat. Opus 31
bonũ optime factũ ẽ veniale pctm̃. Hęreticos cõburi ẽ contra 32
volũtatẽ ſpũs ſc̃ti. Pręliari aduerſus turcos ẽ repugnare deo viſi 33
tãti iniquitates nr̃as ꝑ illos. Nemo ẽ certus ſe nõ ſꝑ peccare mor 34
talit̃ ꝓpter occultiſſimũ ſupbię viciũ. Liberũ arbitriũ poſt pctm̃ 35
ẽ res de ſolo titulo & dũ facit qđ in ſe ẽ peccat mortalit̃. Purga 36
toriũ nõ p̃t ꝓbari ex ſacra ſcriptura q̄ ẽ in canone. Aię in purga 37
torio nõ ſt̃ ſecurę de eaꝝ ſalute, ſaltẽ oẽs nec ꝓbatũ ẽ vllis aut ra
tionib⁹ aut ſcripturis ip̃as eẽ extra ſtatũ meredi aut augẽdę cha
ritatis. Aię in purgatorio peccãt ſine int̃miſſioe ꝙ diu quęrũt re 38
quiẽ & horrent pœnas Aię ex purgatorio liberatę ſuffragijs vi 39
uentiũ minus beant̃ ꝙ ſi ꝑ ſe ſatiſfeciſſent. Pręlati eccl̃iaſtici & 40
principes ſeculares nõ malefacerẽt ſi oẽs ſaccos mẽdicitatis de-
lerẽt. Qui q̃dẽ errores reſpectiue ꝙ ſint peſtiferi ꝙ ꝑnitioſi ꝙ
piarũ auriũ & ſimpliciũ mentiũ ſeductiui, ꝙ deniqꝫ ſint contra
oẽm charitatẽ ac ſ. R. E. mr̃is oim fideliũ & mgr̃ę fidei reuerẽtiã
atqꝫ neruũ eccl̃iaſticę diſciplinę obiãm ſcilicet q̄ fons ẽ & origo
oim virtutũ ſine q̄ facile vnuſqſqꝫ infidelis eſſe cõuincit̃, nemo
ſane mẽtis ignorat. Nos igit̃ in pręmiſſis vtpote grauiſſimis ꝓ-
pẽſius vt decet ꝓcedere necnõ hmõi peſti morboqꝫ canceroſo
ne in agro dñico tanqꝫ vepris nociua vlterius ſerpat viã preclu-
dere cupiẽtes habita ſuꝑ prędictis erroribus & eoꝝ ſingulis di-
ligẽti trutinatione, diſcuſſione, ac diſtracto examine maturaqꝫ
deliberatione oibuſqꝫ rite penſatis ac ſępius vẽtilatis cũ venera
bilibus fr̃ibus nr̃is ſc̃tẽ Ro. eccl̃ię Cardinalibus ac regulariũ or-
dinũ prioribus ſeu miniſtris gñalibus, pluribuſqꝫ alijs ſacrę theo
logię necnõ vtriuſqꝫ iuris, ꝓfeſſoribus ſiue mgr̃is & q̃dẽ peritiſ-
ſimis reperimus eoſqꝫ errores reſpectiue (vt p̃fert̃) aut articulos
nõ eſſe catholicos nec tanqꝫ tales eſſe dogmatizãdos ſed cõtra
chatolicę eccl̃ię doctrinã ſiue traditionẽ atqꝫ ab ea verã diuina
rũ ſcripturarũ receptã interpretationẽ cui⁹ auctoritati ita acq̃e

ſcendũ cenſuit Auguſtinus,vt dixerit ſe Euãgelio nõ fuiſſe cre
diturũ;niſi eccłiæ catholicæ interueniſſet auctoritas.Nã ex eiſ⸗
dẽ erroribus,ł eoꝝ aliq̃,ł aliqbꝰ palã ſequit̃,eandẽ eccłiam,quæ
Spũ ſctõ regit̃,errare,& ſp̄ erraſſe.Q̃d' ẽ vtiqꝫ contra illud qđ
chriſtus diſcipulis ſuis in aſcẽſione ſua(vt in ſctõ euãgelio Mat
thęi legit̃),ꝓmiſit dicẽs.Ego vobiſcũ ſũ vſqꝫ ad conſummationẽ
ſeculi.Necnõ cõtra ſctõꝝ Patrũ determinationes.Conciliorꝝ
q̊qꝫ & ſũmorꝝ põtificũ exp̄ſſas ordinationes,ſeu canones,qbus
nõ obtẽperaſſe,oim hęreſũ & ſchiſmatũ,teſte Cypriano fomes
& cauſa ſp̄ fuit.De eorũdẽ itaqꝫ venerabiliũ fratrũ nr̃oꝝ cõcilio
& aſſenſu,ac oĩm & ſingulorꝝ p̄dictorꝝ matura deliberatiõe p̄⸗
dicta,auctoritate oĩpotẽtis dei,& beatorꝝ apoſtolorꝝ Petri &
Pauli,& nr̃a,p̄fatos oẽs & ſingulos articulos ſeu errores,tanq̃
(vt p̄mittit̃)reſpectiue hęreticos aut ſcãdaloſos aut falſos aut pi
arũ auriũ offenſiuos,ł ſimpliciũ mẽtiũ ſeductiuos,& veritati ca
tholicę obuiãtes dãnamꝰ reprobamꝰ atqꝫ oĩno reijcimꝰ,ac ꝓ dã⸗
natis reprobatis & reiectis ab oĩbꝰ vtriuſqꝫ ſexus chriſtifidelibꝰ
haberi debere,harũ ſerie decernimꝰ & declaramꝰ.Inhibẽtes in
virtute ſctẽ obediẽtię ac ſub maioris excõicatiõis latę ſentẽtiæ
Necnõ quo ad eccłiaſticas & regulares ꝑſonas,epiſcopaliũ oĩm
etiã patriarchaliũ metropolitañ & aliarũ Cathedraliũ eccłiarꝝ,
monaſteriorꝝ q̊qꝫ & prioratuũ etiã conuẽtualiũ & q̃rũcũqꝫ dig
nitatũ,aut bñficiorꝝ eccłiaſticorꝝ ſeculariũ aut q̃rũuis ordinũ re
gulariũ priuationis & inhabilitatis ad illa & alia in poſterũ obti
nẽda.Quo v̊o ad cõuentus capitula ſeu domos aut pia loca ſe
culariũ ł regulariũ etiã mẽdicãtiũ,necnõ vniuerſitatibꝰ etiã ſtu⸗
diorꝝ gñaliũ,q̃rũcũqꝫ priuilegiorꝝ indultorꝝ a ſede ap̃lica ł eiꝰ le
gatis aut alias quõdolibet habitorꝝ ł obtẽtorꝝ cuiuſcũqꝫ tenoris
exiſtãt,necnõ noĩs & poteſtatis ſtudiũ gñale tenendi legẽdi ac
interp̄tandi q̃ſuis ſciẽtias & facultates & inhabilitatis ad illa &
alia in poſterũ obtinẽda,p̄dicatiõis q̊qꝫ officij ac amiſſiõis ſtudij
gñalis & oĩm priuilegiorꝝ eiuſdẽ.Quo v̊o ad ſeculares,eiuſdẽ
excõicationis necnõ amiſſionis cuiuſcũqꝫ emphyteoſis ſeu q̊rũ
cũqꝫ feudorꝝ tã a.R.E.q̃ alias quõdolibet obtẽtorꝝ ac etiã inha
bilitatis ad illa & alia in poſterũ obtinẽda,necnõ q̊ ad oẽs & ſin
gulos ſup̄ius noĩatos,inhibitionis eccłiaſticę ſepulturę inhabili

tatiſq; ad oẽs & ſingulos actus legitimos,infamiæ,ac diffidatio
nis,& criminis leſæ maieſtatis,& hæreticoꝝ,& fautoꝝ eorũdẽ
in iure expreſſis pœnis,eo ipſo & abſq; vlteriori declaratione,
ꝑ oẽs & ſingulos ſupradictos,ſi(qđ abſit)cõtrafecerint,incurrẽ
dis. A qbus vigore cuiuſcũq; facultatis,ac clauſularũ etiã in Cõ
feſſionalibus qbuſuis ꝑſonis ſub qbuſuis ꝟbo ꝝ formis conten
taꝝ,niſi a Romano pontifice,ꝉ alio ab eo ad id in ſpẽ facultatẽ
habẽte,præterq̃ in mortis articulo conſtituti,abſolui nequeãt.
Oĩbus & ſingulis vtriuſq; ſexus Chriſtifidelibus,tã laicis q̃ cle-
ricis,ſecularibus,& quorũuis ordinũ regularibus,& alijs qbuſ-
cũq; ꝑſonis,cuiuſcũq; ſtatus,gradus,ꝉ cõditionis exiſtãt,& qua
cũq; eccl'iaſtica,ꝉ mũdana prefulgeãt dignitate,etiã Sctẽ Roma
næ Eccl'iæ Cardinalibus,Patriarchis,Primatibus,Archiepiſco
pis,Epis,Patriarchaliũ,Metropolitañ,& aliarum Cathedraliũ,
Collegiatarũ,ac inferioꝝ eccl'iaꝝ Prelatis,clericis,aliiſq; ꝑſonis
eccl'iaſticis,ſecularibus,& quorũuis ordinũ,etiã mendicantiũ,
regularibus,abbatibus,prioribus,ꝉ miniſtris gñalibus,ꝉ particu
laribus,fratribus,ſeu religioſis,exemptis,& nõ exẽptis,Studio
rũ quoq; vniuerſitatibus,ſecularibus,& quorũuis ordinũ,etiã
mendicantiũ,regularibus. Necnõ Regibꝰ,Imperatoris,Electo
ribus,Principibus,Ducibus,Marchionibus,Comitibus,Baro-
nibus,Capitaneis,Conductoribus,Domicellis,oĩbuſq; officia
libus,Iudicibus,notarijs,eccl'iaſticis & ſecularibus,cõitatibus,
vniuerſitatibus,,potẽtatibus,ciuitatibus,caſtris,terris,& locis,
ſeu eoꝝ,ꝉ eaꝝ ciuibus,habitatoribus,& incolis,ac qbuſuis alijs
ꝑſonis,eccl'iaſticis,vꝉ regularibus(vt præfert̃)ꝑ vniuerſum orbẽ
vbicũq; præſertim in Alemania exiſtentibus,ꝉ,ꝓ tpe futuris,ne
præfatos errores,aut eoꝝ aliquos,ꝑuerſamq; doctrinã hmõi aſ
ſerere,affirmare,defendere,prædicare,aut illi quõdolibet,pub
lice,ꝉ occulte,quouis quæſito ingenio,ꝉ colore,tacite,ꝉ expreſ-
ſe fauere præſumãt. Inſuꝑ qa errores præfati,& plures alij conti
nent̃ in libellis,ſeu ſcriptis cuiuſdã Martini Luther,dictos libel
los,& oĩa dicti Martini ſcripta,ſeu prædicationes,in latino,vel
quocũq; alio idiomate reperiant̃,in qbus dicti errores,ſeu eoꝝ
aliquis cõtinent̃,ſiꝉr dãnamus,reprobamus,atq; oĩno reijcimus

& ꝓ omnino damnatis,reprobatis ac reiectis vt præfert̃ haberi
volumus.Mandãtes in virtute ſctẽ obediẽtiæ & ſub pœnis p̄di
ctis eo ipſo incurrẽdis,oĩbus & ſingulis vtriuſq; ſexus chriſti fi/
delibus ſuperius noĩatis,ne hmõi ſcripta,libellos,p̄dicationes,
ſeu ſchedulas ł in eis contẽta capitula,errores aut articulos ſup̄/
dictos continẽtia legere,aſſerere,p̄dicare,laudare,imprimere,
publicare ſiue defendere,p ſe ł aliũ ſeu alios,directe ł indirecte,
tacite ł expreſſe,publice ł occulte,aut in domibus ſuis ſiue alijs
publicis ł priuatis locis tenere quoq̃ mõ p̄ſumãt,quinimmo illa
ſtatim poſt harũ publicationẽ vbicunq; fuerint,p ordinarios &
alios ſupradictos diligent̃ quęſita,publice & ſolennit̃ in pręſen
tia cleri & populi,ſub oĩbus & ſingulis ſupradictis pœnis cõbu
rant.Q d' vero ad ip̄m Martinũ attinet,bone deus,qd præter/
miſimus,qd nõ fecimus,qd paternæ charitatis omiſimus,vt eũ
ab hmõi erroribus reuocaremus?Poſtq̃ em̃ ip̄m citauimus mi/
cius cũ eo ꝓcedere volẽtes,illũ inuitauim9,atq; tã p diuerſos tra
ctatus cũ legato nr̃o habitos,q̃ p lr̃as nr̃as hortati fuimus vt a p̄/
dictis erroribus diſcederet,aut ad nos oblato etiã ſaluo condu/
ctu,& pecunia ad iter neceſſaria,ſine metu,ſeu timore aliquo,
quẽ pfecta charitas foras mittere debuit,veniret,ac Saluatoris
nr̃i,apoſtoliq; Pauli exemplo,nõ in occulto,ſed palã,& in facie
loqueret̃.Q d' ſi feciſſet,ꝓ certo(vt arbitramur)ad cor reuer/
ſus,errores ſuos cognouiſſet,nec in Romana curia,qnã tãtope
vanis maliuoloꝝ rumoribus,pluſq̃ oportuit tribuendo,vitupe
rat,tot reperiſſet errata,docuiſſemuſq; eũ luce clarius,ſctõs Ro
manos pontifices p̄deceſſores nr̃os,quos p̄ter oẽm modeſtiã in
iurioſe lacerat in ſuis Canonibus ſeu cõſtitutionibus,quas mor
dere nitit̃,nũq̃ erraſſe,qa iuxta ꝓphetã,nec in Galaad rheſina,
nec medicus deeſt.Sed obaudiuit ſp,& prædicta citatione,oĩ/
buſq; & ſingulis ſupradictis ſpretis,venire cõtempſit,ac vſq; in
præſentẽ diẽ contumax,atq; aĩo indurato,cenſuras vltra annũ
ſuſtinuit,& qd' deterius eſt,addens mala malis,de citatione hu
iuſmodi notitiã habens,in vocẽ temerariæ appellationis proru
pit,ad futurũ conciliũ,contra conſtitutionẽ Pij ſecundi,ac Iulij
ſecundi prædeceſſorũ noſtrorum,qua cauet̃ taliter appellantes

hęreticorũ pœna plectendos(Fruſtra em̃ concilij auxiliũ implo
rauit,qui illi ſe nõ credere palam ꝓfitetur)Ita vt contra ipſum,
tanq̃ de fide notorie ſuſpectũ,immo vere hæreticũ,abſqꝫ vlte-
riori citatione,vel mora,ad condemnationẽ,& damnationem
eius,tanq̃ heretici,ac ad omniũ,& ſingularũ ſupraſcriptarũ pœ
narũ,& cenſurarũ ſeueritatẽ ꝓcedere poſſemus.Nihilominus
de eorundem fratrum noſtrorum conſilio,Omnipotentis dei
imitantes clementiam,qui nõ vult mortem peccatoris,ſed ma-
gis vt conuertatur,& viuat.Omnium iniuriarum hactenus no
bis,& Apoſtolicæ ſedi illatarũ obliti,omni qua poſſumus pieta
te vti decreuimus,& quantũ in nobis eſt agere,vt ꝓpoſita man
ſuetudinis via ad cor reuertat̃,& a prædictis recedat erroribus,
vt ipſum tanq̃ filium illum prodigum ad gremium eccleſiæ re-
uertentem benigne recipiamus.Ipſum igitur Martinũ,& quoſ
cunqꝫ ei adhærentes,eiuſqꝫ receptatores,& fautores,per viſce-
ra miſericordiæ dei noſtri,& per aſperſionẽ ſanguinis domini
noſtri Ieſu chriſti,quo,& per quẽ humani generis redemptio,
& ſanctæ matris eccleſiæ ædificatio facta eſt,ex toto corde hor
tamur,& obſecramus,vt ipſius eccleſiæ pacẽ,vnitatẽ,& verita
tẽ,pro qua ipſe Saluator tam inſtanter orauit ad patrẽ,turbare
deſiſtant,& a prædictis tam pernicioſis erroribus prorſus abſti
neãt,Inuenturi apud nos ſi effectualiter paruerint,& paruiſſe
ꝑ legitima documenta nos certificauerint,paternæ charitatis
affectũ,& apertũ manſuetudinis,& clemẽtiæ fontẽ.Inhibẽtes
nihilominus eidẽ Martino ex nũc,vt interim ab oĩ prædicatio-
ne,ſeu prædicationis officio omnino deſiſtat.Alioquin vt ipm̃
Martinũ,ſi forte iuſtitiæ,& virtutis amor a pctõ nõ retrahat,In
dulgentiæqꝫ ſpes ad pœnitentiã nõ reducat,pœnarũ terror co-
erceat diſciplinæ.Eundem Martinũ,eiuſqꝫ adhærentes,compli
ces,fautores,& receptatores tenore p̄ſentiũ requirimus,& mo
nemus,in virtute ſctẽ obedientiæ,& ſub prædictis oĩbus,& ſin
gulis pœnis,eo ipſo incurrendis,diſtricte præcipiendo manda-
mus,quatinꝰ infra ſexaginta dies,quorꝫ viginti ꝓ primo,vigin
ti ꝓ ſcđo,& reliquos viginti dies ꝓ tertio,& peremptorio ter-
mino aſſignamus,ab affixione præſentiũ in locis infra ſcriptis,

immediate ſequētes nūerandos. Ipē Martinus,cōplices,fauto-
res,adhærētes,& receptatores prædicti a præfatis erroribus,eo
rumqꝫ prædicatione,ac publicatione,& aſſertione,defenſione
quoqꝫ,& librorꝫ,ſeu ſcripturarꝫ editione,ſup̱ eiſdē,ſiue eorꝫ ali
quo oino deſiſtāt,libroſqꝫ,ac ſcripturas oēs & ſingulas pręfatos
errores,ſeu eorꝫ aliquos quōdolibet continētes,comburāt ł cō
buri faciāt. Ipē etiā Martinus errores & aſſertiones hmōi oino
reuocet,ac de reuocatione hmōi p̱ publica documēta in forma
iuris valida,in manibus duorꝫ prælatorꝫ cōſignata,ad nos infra
alios ſil'es. lx. dies tranſmittēda,vel p̱ ipm met(ſi ad nos venire
voluerit,qđ magis placeret)cū præfato pleniſſimo ſaluo cōdu-
ctu,quē ex nūc cōcedimꝰ,deferēda,nos certiores efficiat,vt de
eius vera obediētia nullus dubitationis ſcrupulus valeat rema-
nere. Alias ſi(qđ abſit)Martinus pręfatus,cōplices,fautores,ad
hęrētes,& receptatores prædicti ſecus egerit,ſeu præmiſſa oia,
& ſingula infra terminū prædictū cū effectu nō adimpleuerint.
Apoſtoli imitātes doctrinā,q hæreticū hominē,poſt primā &
ſecundā correctionē,vitandū docuit,ex nūc ꝓut ex tūc,& ecō-
uerſo,eundē Martinū,cōplices,adhęrētes,fautores,& recepta-
tores præfatos,& eorꝫ quēlibet,tanq̄ aridos palmites ī Chriſto
nō manētes,ſed doctrinā cōtrariā,Catholicæ fidei inimicā,ſiue
ſcādaloſam,ſeu damnatā,in nō modicā offenſā diuinæ maieſta
tis,ac vl'is eccl'iæ,& fidei catholicæ detrimentū,& ſcādalū dog-
matizātes,& prædicātes. Claues quoqꝫ eccl'iæ vilipēdentes,no
torios,& pertinaces hęreticos eadem auctoritate fuiſſe,& eſſe
declarātes,eoſdē vt tales harꝫ ſerie cōdemnamus,& eos ꝓ tali-
bus haberi,ab oibus vtriuſqꝫ ſexus Chriſtifidelibus ſupradictis
volumus & mādamus. Eoſqꝫ oēs,& ſingulos,oibus ſupradictis
& alijs cōtra tales a iure inflictis pœnis præſentiū tenore ſubijci
mus,& eiſdē irretitos fuiſſe,& eſſe decernimus,& declaramus.
Inhibemus præterea ſub oibus & ſingulis præmiſſis pœnis,eo
ipſo incurrēdis,oibus & ſingulis chriſtifidelibus ſuperius noia-
tis,ne ſcripta etiā præfatos errores nō cōtinētia,ab eodē Marti
no quōdolibet cōdita,ł edita,aut cōdenda,vł edenda,ſeu eorꝫ
aliqua,tanq̄ ab hoie Orthodoxæ fidei inimico,atqꝫ ideo vehe

ment ſuſpecta, & vt eius memoria oīno deleat de chriſti fideliū cōſortio, legere, aſſerere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, ſiue defendere, ꝑ ſe ꝟ aliū ſeu alios, directe ꝟ indirecte, tacite ꝟ expreſſe, publice ꝟ occulte, ſeu in domibus ſuis, ſiue alijs locis, publicis ꝟ priuatis, tenore quoq̄ mō̄ præſumāt. Quinimmo illa cōburāt (vt præfert). Monemus inſuꝑ oēs & ſingulos chriſti fideles ſupradictos ſub eadē excōicationis latæ ſententiæ pœna, vt hęreticos prędictos declaratos, & cōdemnatos, mādatis nr̄is nō optemperātes, poſt lapſū termini ſupradicti euitēt, & quantū in eis ē euitari faciāt, nec cū eiſdē, ꝟ eoꝝ aliquo, cōmerciū, aut aliquā cōuerſationē, ſeu cōmunionē habeāt, nec eis neceſſaria miniſtrēt. Ad maiorē prӕterea dicti Martini, ſuorūq; cōplicū, fautoꝝ, & adhærentiū, ac receptatoꝝ prædictoꝝ ſic poſt lapſū termini prædicti declaratoꝝ hæreticoꝝ & cōdemnatoꝝ cōfuſionē. Vniuerſis & ſingulis vtriuſq; ſexus chriſtifidelibus, patriarchis, archiepiſcopis, ep̄is, patriarchaliū, metropolitan̄, & aliarū cathedraliū, collegiataꝝ, ac inferioꝝ eccl'iaꝝ prælatis, capitulis, alijſq; ꝑſonis eccl'iaſticis, ſecularib⁹, & quorūuis ordinū, etiā mendicantiū (præſertim eius cōgregationis, cuius dictus Martinus ē ꝓfeſſus, & in q̄ degere, ꝟ morari dicit) regularib⁹, exēptis, & nō exēptis, necnō vniuerſis, & ſingulis principibus, quacūq; eccl'iaſtica ꝟ mūdana fulgētibus dignitate. Regibus, Imꝑatoris electoribus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, capitaneis, cōductoribus, domicellis, cōitatibus, vniuerſitatibus, potētatibus, ciuitatibus, terris, caſtris, & locis, ſeu eoꝝ habitatoribus, ciuib⁹, & incolis, oībuſq; alijs & ſingulis ſupradictis, ꝑ vniuerſū orbē, præſertim in eadē Alemanea cōſtitutis, mādamus, quatin⁹ ſub prædictis oibus & ſingulis pœnis, ipſi, ꝟ eoꝝ qlibet præfatū Martinū, cōplices, adhærētes, receptātes, & fautores ꝑſonalit̄ capiāt, & captos ad noſtrā inſtantiā retineant, & ad nos mittāt, reportaturi ꝓ tā bono oꝑe, a nobis, & ſede apoſtolica remuneratione, pręmiūq; cōdignū, ꝟ ſaltē eos, & eoꝝ quēlibet de Metropolitanis, cathedralibus, collegiatis, & alijs eccl'ijs, domibus, monaſterijs, conuētibus, ciuitatibus, dominijs, vniuerſitatibus, cōitatibus, caſtris, terris, ac locis reſpectiue, tā clerici, & re

gulares,q̄ laici oẽs & ſinguli ſupradicti oĩo expellãt.ciuitates vero,dominia,terras,caſtra,villas,comitatus,fortilicia, oppida & loca quecũq; vbilibet conſiſtẽtia,earũ & eoꝝ reſpectiue.metropolitañ,cathedrales,collegiatas & alias eccl̃ias,monaſteria, prioratus,domus,conuẽtus & loca religioſa ꝟ pia,cuiuſcũq; ordinis(vt p̃fert̃)ad q̃ præfatũ Martinũ,ꝟ aliquẽ ex p̄dictis declinare cõtigerit q̄diu ibi ꝑmanſerint & triduo poſt receſſũ eccl̃iaſtico ſubijcimus interdicto.Et vt p̄miſſa oĩbus innoteſcãt,mãdamus inſup vniuerſis patriarchis.archiep̃is.ep̃is.patriarchalium metropolitañ.& aliarũ cathedraliũ ac collegiatarũ eccl̃iaꝝ prælatis,capitulis alijſq; ꝑſonis eccl̃iaſticis ſecularibus & quorũuis ordinũ ſupradictoꝝ regularibus frĩbus,religioſis,monachis exemptis & nõ exẽptis,ſupradictis vbilibet p̃ſertim in Alemania cõſtitutis,q̃tinus ipſi ꝟ eoꝝ qlibet ſub ſimilibus cenſuris & pœnis eo ipſo incurrẽdis.Martinũ oẽſq; & ſingulos ſupradictos q elapſo termino hmõi mãdatis ſeu monitis nr̃is nõ paruerint in eoꝝ eccl̃ijs dominicis & alijs feſtiuis diebus dũ inibi maior populi multitudo ad diuina conuenerit,declaratos hæreticos & condẽnatos publice nunciẽt,faciãtq; & mandẽt ab alijs nũciari & ab oĩbus arctius euitari.Necnõ oĩbus chriſtifidelibus vt eos euitẽt pari mõ ſub predictis cenſuris & pœnis.Et preſentes lr̃as ꝟ earũ trãſumptũ ſub forma infraſcripta factũ in eoꝝ eccl̃ijs,monaſterijs,domibus,conuẽtibus & alijs locis legi,publicari,atq; affigi faciãt.Excõicamus quoq; & anathematizamus oẽs & ſingulos cuiuſcũq; ſtatus gradus cõditionis,p̄eminẽtiæ,dignitatis aut excellẽtiæ fuerint,q q̃ minus præſentes lr̃æ ꝟ earũ trãſumpta copiæ ſeu exẽplaria in ſuis terris & dominijs legi affigi & publicari poſſint fecerint ꝟ quoq̃ mõ ꝓcurauerint,ꝑ ſe ꝟ aliũ ſeu alios, publice ꝟ occulte,directe ꝟ indirecte,tacite vel expreſſe.Poſtremo qa difficile foret p̃ſentes lr̃as ad ſingula quæq; loca deferri, in qbus neceſſariũ foret.Volumus & ap̃lica auctoritate decernimus ꝙ earũ trãſumptis manu publici notarij confectis & ſubſcriptis,ꝟ in alma Vrbe impreſſis,& ſigillo alicuius eccl̃iaſtici p̄lati munitis vbiq; ſtet & plena fides adhibeat̃,ꝓut originalibus lr̃is ſtaret̃ & adhiberet̃ ſi forẽt exhibitæ ꝟ oſtenſæ.Et ne p̄fatus

Martinus oẽſq; alij ſupradicti quos pñtes lr̃æ quõdolibet cõcernũt ignorantiã earundẽ lr̃aꝝ & in eis cõtentoꝝ oim & ſingulorũ prætẽdere valeãt, lr̃as ipſas in Baſilicæ principis apl'oꝝ & cancellariæ apl'icæ. necnõ cathedraliũ eccl'iaꝝ Brãdeburgeñ. Miſneñ & Morſpgeñ valuis affigi & publicari debere volumus, decernẽtes ꝙ earũdẽ lr̃aꝝ publicatio ſic facta ſupradictũ Martinũ oẽſq; alios & ſingulos p̃noiatos quos lr̃æ hmõi quõdolibet concernũt, ꝓinde arctẽt ac ſi lr̃æ ipſæ die affixionis & publicationis hmõi eis pſonalit' lectæ & intimatæ forẽt. Quũ nõ ſit veriſimile ꝙ ea q̃ tã patenter fiũt, debeãt apud eos incognita remanere. nõ obſtãtibus cõſtitutionibus & ordinationibus apl'icis, ſeu ſi ſupradictis oibus & ſingulis l' eoꝝ alicui, aut qbuſuis alijs a ſede apl'ica prædicta, l' ab ea poteſtatẽ hñtib⁹, ſub quauis forma, etiã cõfeſſionalis, & cũ qbuſuis etiã fortiſſimis clauſulis, aut ex quauis cauſa, ſeu grãdi cõſideratione, indultũ l' cõceſſum exiſtat, ꝙ interdici, ſuſpẽdi, l' excõicari nõ poſſint ꝑ lr̃as apl'icas nõ facientes plenã, & expreſſam, ac de v̄bo ad v̄bũ, nõ ãt ꝑ clauſulas gñales id importãtes de indulto hmõi mentionẽ, eiuſdẽ indulti tenores, cauſas, & formas, ꝑinde ac ſi de v̄bo ad v̄bũ infererent, ita vt omnino tollat, p̃ſentibus, ꝑ expreſſis hñtes. ¶ Nulli ergo omnino hoim, liceat hãc paginã nr̃æ damnationis, reprobationis, reiectionis, decreti, declarationis, inhibitionis, voluntatis, mandati, hortationis, obſecrationis, reqſitionis, monitionis, aſſignationis, cõceſſionis, cõdemnationis, ſubiectionis, excõicationis, & anathematizationis infringere, l' ei auſu temerario cõtraire. Si qs ãt hoc attentare p̃ſumpſerit, indignationẽ oipotentis dei, ac beatoꝝ Petri & Pauli apl'oꝝ eius ſe nouerit incurſurũ. Datũ Romæ apud ſanctũ Petrũ. Anno incarnationis dominicæ, Milleſimo Quingenteſimo Vigeſimo. XVII. Kalendas Iulij Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

Viſa. R. Milanenſius.

Albergatus.

Impreſſum prius Romæ ꝑ Iacobũ Mazochiũ De Mandato. S. D. N. Papæ. Et deinde Antuerpiæ ꝑ Guilhelmũ Vorſterman.

1858331

Panzer. IX p. 171. n. 300

Dialogus, Bulla in Coena Domini, Eques Barlario, Auctore. Excusum, Impensis et opera Johannis Coccinelli. In fine: Collegium Trullae, apud Cullosiam Catadupporum regis Meroessiorum Metropolim. Excudebat. 4.

Bibl. Schenkl.